

ORDO PRIMUS
hoc est

29.

PRIORUM DOMUS
huius omnium legitima suc-
cessio.

I. Prior D. HENRICUS RÖCKEL

Fuit Venerabilis Pater hic, ut iam supra adnotatum fuit, Anno Dñi 1373 per Commissarios Ordinis pro susceptione 1373 domus nostrae recenter exstructae a Capitulo Generali ablegatos cum aliis tribus Novae Cellae Salutis in Grunaw professis Sacerdotibus ex obedientia huc translatus; atque per eosdem Commissarios institutus in receptione Domus in Rectorem, postea auctoritate Capituli generalis in dictae Domus nostrae incorporatione primus eiusdem Prior declaratus est. Vir non tam conversatione, quam morum maturitate exemplaris, ac rerum gerendarum prudentia, et pietate insignis. Testantur eius praeclara gesta, et Domui